

IOANNES

LODOVICVS VIVES IN-
 clyto principi Henrico VIII. An-
 gliz regi, Hiberniz domi-
 no &c. S. D.

*Ex Bibliotheca
 Pauli*



ITa comparatum est
 natura humanorum in-
 geniorum clarissime rex,
 vt illos demum vere, &
 ex animo admiremur,
 quos in ea prestare vide-
 mus arte, quæ maxime
 nobis inter omnes pla-
 cet, ac probatur. Alij alijs dediti sunt studijs
 ac exercitamentis. Sic fert natura rerum, vt
 hac varietate speciosus & mirabilis consistat
 mundus: & tamē, vt inquit ille, suū cuiq; pul-
 chrum. Iam olim opibus & imperio tā late
 patenti non armis & sanguine quæsito, sed à
 parentibus per manus tradito, & robore ani-
 mi corporisq; & virtute bellica, tum charus
 eras omnibus, tum etiam suspiciendus. Nūc
 vero post quā etiam quantum ingenij vi-
 ribus studijsq; sapientiæ valeres documenta
 dedisti, maior literatis omnibus cœpisti esse,
 ac admirabilior: non quin te antea permagni
 æstimarent: presertim quum regno, cuius po-
 testas maiestasq; est in terris secundum deum
 maxima, animi clemētiam probitatemq; ad-
 iunxeris, quo verior fieres expressiorq; nature
 principis imago: qui vt maximus, ita est & o-
 ptimus: ac prius quidē optimus, q̄ maximus.
 Sed qui studijs suis dediti non perinde vel di-
 uicias suspiciunt, vel potentiā, quod esses qui-
 dem bonus, id in te cōplectebantur, & amore
 prosequēbātur ingenti: quod rex esses, nō ita
 admirādum ducebāt, quum & scelesti homi-
 nes sepe reges fuerint, corporis etiam dotibus
 insignes. Vbi vero tua sacramentorum asser-
 tio prodijt, qua nihil vel elegantius fieri po-
 test, vel purius, vel sanctius, & vno vti verbo
 dicam, Christianius, opinio probitatis animi
 tui confirmatio reddita est, si modo id fieri
 poterat: nā certissima firmissimaq; in omni-
 um animis erat multis exemplis velut clauis
 infixā, & admiratio iā apud omnes suborta.
 Nepe & apud illos, qui amplius augustiusq;
 nihil putāt potestate regia, & eos qui diuitias
 supra res vniuersas constituunt: & qui corpo-
 ris muneribus, formæ, lacertis, agilitati pluri-
 mum tribuūt: & qui belli artium sunt studio-
 si, velut omnipotentis ac rerum domini: quo
 fit vt certatim principes omnes amicitia tecū
 quibuscunq; possint rationibus vijsq;, ambi-
 ant: omnes tibi siue cōedere, siue, quod optati⁹
 est, sanguine iungi affectātes. Nec priuatorū
 tibi studia defunt, quæ ipse fulgore tuarum vir

tutum facis: alios liberalitate seu magnificē-
 tia potius alliciens, alios humanitate, ac suavi-
 tate morū, cūctos prudētia atq; iustitia, dua-
 bus vere regijs virtutibus, qui quum talis sis,
 profecto impudentiā meā fateor, sæpenu-
 ro tibi innotescere affectāui: quoniam hæc est
 mea sentētia, laus non mediocris tibi vel notū
 esse. Et quū aliās semper defuerit occasio, nūc
 seipsa spē obtulit, paratis à me in Augustini
 libros de ciuitate dei cōmentarijs: quos quū
 dispicerē cui dicare sic possem, vt tum aliquā
 ipse laboris mei gratiā inire nō omnino cō-
 temnendā: tum cui dicarentur, nō perinde li-
 teras dari existimaret, ac stipulas, & libros, ac
 sarcinas caplarū molestas: tum etiā ceu ad cē-
 sorem grauissimū mitterē, qui vnus si appro-
 basset, suffragijs omniū probati cōmendatiq;
 viderētur, ipse multis nominibus rationibusq;
 occurristi. Primum, quōd ea es virtute ac do-
 ctina, vt tibi etiā dicasse, si priuatus esses.
 Deinde quōd viam hanc expeditissimā cerne-
 bam, qua voti facile compos fierē iam pridem
 cōcepti & nūcupati. Accedit huc, quōd, quē-
 admodum experti narrant obuius es ac expo-
 situs huiusmodi muneribus: quibus gratiora
 vix tibi vlla possunt contingere. Nam aurū,
 argentum, gēmas, vestes, equos, arma tibi qui
 offerat, plane mari, quod aiunt, aquū, aut salti-
 bus ligna. Et pfecto vt alijs in rebus omnib⁹,
 ita in hoc quoq; prudētissime agis, qui dignā
 virtute ac meritis tuis apud posteros gloriam
 libris doctorum hominū parari cogites: si nō
 meis, aut mei similiū, certe facilem te & per-
 humanum literatis exhibendo, in aliquē inci-
 des, cuius stilo ceu penicillo quodā eruditiss.
 effigies istius præstātissimi atq; optimi animi
 depicta & formata immortalitatis cōmende-
 tur: nec vllō obliuionis operiatur situ, aut ve-
 tus tatis iniuria corrumpatur, & memoratū dī
 gna non taceat posteritas virtutum testis in-
 corrupta, simul in gloriam tui iam olim celo
 redditi, quīs leue hoc & negligendum, simul
 quod magnum in primis est, & optandū in
 exemplum eorū, qui tunc viuunt. Præter hæc
 omnia congruit siue ingenio, siue studijs tuis
 hoc opus, in quod Augustinus optimam eo-
 rum partem, quæ apud veteres legerat autho-
 res, tanq; in thesauros coniecit: nepe cum ho-
 minibus acutissimis summa præditis & elo-
 quentia & doctrina disputaturus. Quo factū
 est, vt aliud agens multas optimarum rerum
 seruarit reliquias domicilijs earum & quasi
 sedibus, vnde prius peti solebant, euersis. Ita-
 q; pro Varrone, pro Salustio, pro Lilio pro
 Cicerone in libris de repub. magni posterioris
 ætatis viri hinc Augustini scriptis sunt adiu-
 ti: vt Hermolaus, Politianus, Blondus, Bero-
 aldus, quæ tu omnia nō ita leges, vt noua tibi
 † ij & inaudita,